



um maximum & augustissimum est, verum
DEI cultum & orthodoxam Religionem in
tuto collocavit, eandemque ad posteros et-
iam propagavit. Non excidere nostris de-
bet mentibus, à quo tot maximis affecti su-
mus beneficiis. Neque enim excellentius
quid præstare nobis quisquam potest, quam
qui aureâ nos pace donat, veraque & saluta-
ria Suos docet, quod ILLE perquam fe-
cit egregiè. Hic, inquam, affectus decla-
randus prius erat erga pientissimè defun-
ctum: Scribendus videlicet rerum gesta-
rum Commentarius & Encomiasticus reci-
tandus Panegyricus **SERENISSIMO**
POTENTISSIMO, & EXCELLEN-
TIS MEMORIÆ PRINCIPI AC
DOMINO, DOMINO JOHANNI
GEORGIO I. DEI GRATIA, SA-
XONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC
MONTIUM DUCI, SACRI RO-
MANI IMPERII ARCHIMARE-
SCHALLO, & INTER ELECTO-
RES SENIORI: LANDGRAFIO
THURINGIÆ, MARCHIONI MI-
SNIÆ & UTRIUSQUE LUSATIÆ:
NEC NON BURGGRAFIO MAG-
DE-